



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

23 Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem  
tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

## 314 MEDITATIONES

23 Etenim federunt Principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificatiōnibus tuis.

Tyranni, & Dæmones conma iustos. **S**i accipiamus Principes, & Reges huius seculi, certum est eos de solio potestatis contra Martyres Christi exarsisse, qui tamē à iustificationibus Dei, & confessione fidei nunquam recessere. Sed & illud dubium non est, homines iustos, & seruituti Dei subditos persecutionem ab amatoribus seculi quotidiē perpeti eo maiorem,

quò ij, qui eos persequuntur, sublimius sedent. Sed longè periculosius, subtilius, & Ephes. 6. frequentius seruos Dei insectantur Principes, & potestates, rectores mundi, & Deū huius seculi appellat. De quibus conqueritur Psalmista, cum Dominō dicit. Con-

culcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me ab alitudine. Sic enim Hebræi connectunt Contra hos ergo Principes, qui dicuntur sedere, siue ob altitudinem naturæ, & potestatis, siue ut consultent contra nos tan-

quam in concilio iniquitatis, siue ut se deant insidiantes, sicut scriptum est. Seden in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Cōtra hos, inquam, perpetuò nobis ad Dominum clamanđ est, Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed ad-

uersus

Psal. 55.

Psal. 10.

IN PSAL. CXVIII. 314

versus tales Principes, quos nec videre, nec  
cavere, nec sustinere possumus, nisi perpe-  
tuò diuinæ misericordiæ & lumine ful-  
ciamur, & viribus.

Quod autem sequitur. Seruus autem  
tumus exercebatur, siue meditabatur in iusti-  
ficationibus tuis, vel potest sonare San-  
ctorum constantiam, & fortitudinem, qui in  
omnibus his impugnationibus non per-  
mittant se subjici: vel certè ratio affertur,  
quare protectionem Dei cōtra eiuscemo-  
di impugnationes fiderenter petit. Quia ni- In perse-  
mirum exercetur in iustificationibus Dei, cutioni-  
bus maxi-  
a quibus nullo modò se sinat abduci. Si-  
gnificatur & illud, tum maximè tempus  
esse diuina eloquia recolendi, cum oppu- tanda Dei  
lex.

gnationes siue à Dæmonibus, siue ab ho-  
minibus inferuntur. Quod autem pul-  
chrius certamen, gratiusque spectaculum  
celestium oculis, quam inde molliter se-  
dens in pestilentiae cathedra persecutor,  
hinc Dei seruus in Dei iustificationibus  
duriter se exercens? Inde impius obtre-  
ctans, & maledicens Iusto, hinc Deo, atque  
tiam obtestatori suo benedicens Iustus?

<sup>4</sup>Nam & testimonia tua meditatio  
mea est: & consilium meum iustifi-  
cationes tuæ.

HEBRAEIS significantius, Testimo- Medita-  
nia tua deliciæ meæ, viri consilij tio legis  
mei. Duas ostendit utilitates ex assidua liciæ iu- diuine de-  
tum sto.

O 2